

[Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, likely Gothic or similar, covering the majority of the page. The text is written in dark ink on aged, yellowish parchment. Several lines are underlined, and there are several large, decorative initials in red ink, possibly marking the beginning of new sections or chapters. The handwriting is dense and somewhat cursive.]

[Vertical text on the right margin, possibly a reference or a note.]

[Vertical text on the right margin, possibly a reference or a note.]



M-s. 1297

anf.

R

2197.6

F. A. H. Maas
1831 oho

DECRETVM

DE RELEGATIONE
SIMONIS LEM.
NIL.



6. 11. 15

DECRETVM
DE RELEGATIONE
SIMONIS LEM.
NII



RECTOR VNI-
VERSITATIS SCHOLAE
VVITEBERGENSIS.

EDIDIT SIMON LEMNIUS DV-
os libellos Epigrammatum, vt vocat, plenos
mendaciorum & veneni, in quibus omnium or-
dinū homines iniuria & cōtumelia adficiť. Cumq; ei
mandatum esset, ne discederet, quia postridie vocan-
dus erat ad Iudices, spreta religione iurisiurandi,
fugere maluit, quam expectare iudicium. Itaq;
postquam iterum publice citatus non rediit, senten-
tia aduersus eum lata est, in qua propter utramq; cau-
sam & propter maledicos libellos, & propter periur-
ium damnatus est. Et ob has causas perpetuo
relegatum eum esse ex hac schola volumus
Hanc nostram sententiam publice proponendam
esse duximus, vt omnes detestentur exempla per-
fidiaē, periurij, & maledicentiaē. Sunt alioqui
mores Lemnij tales, vt modestis hominibus diu pla-
cere non possint. Est scurrili natura, legum & religio-
nis contemptor, maledicus, sed postquam ad hęc ad-
didit periurium, meminerint boni, nullam ullius
officij societatem esse debere cum vllis periuris, sed
execrandos & arcendos esse ab omni ciuili consuetu-
dine. Deus enim minatur pœnam periuris, quæ
etiam vagatur per illos, quasi contagio pollutos, qui
periuros fouent. Arceant igitur boni a se Lem-
nium,

A

nium,

niūm, tanquam pestem aliquam, & ἀλάστορα.
Nam hic contemptus iurisiurandi & furialibus eum
stimulis ad alia scelera incitabit, & impellet furen-
tem, ut ruat in poenas debitas pro violata religione
iurisiurandi. Dignus odio est etiam propter alte-
rum scelus, quod spurcissimis probris & ementitis
onerat homines honestos. De sententia pub. le-
gum autores talium scriptorum sunt infames. Nec
vero laus ingenij quærenda est, contra bonos mo-
res, contra sanctissimam autoritatem legum, & cum
iniuria honestorum hominum. Siquid Lemnius ha-
bet vel ingenij, vel literarum, permittimus enim
ut arroget sibi quantum volet, cur non exercet in ar-
gumentis honestis, cur non confert ad utilitatem
communem, ad ornandam gloriam Dei, & ad alias
res honestas illustrandas. Hic est finis poetices.
Turpiter abutuntur poetica qui vel petulantia, vel
animi morbo mendacia comminiscuntur, qui hoc ar-
tificio captant risus vulgi, aut astute non in gratiam,
sed in culinas potentum irreperere conantur. Musæ in
genuitatem, veritatem, iusticiam amant. Et le-
pos magnū est ingenij & scripti decus, cum illo can-
dido Mercurij sale constat, non cum venena insper-
guntur. Non a Musis sed a furijs agitantur, qui
scurrilia, & ementita conuicia dicunt in homin-
honestos qualia passim in suo libello sparsit Lemnius,
quod siue fecit, quadam naturæ suæ petulantia, siue
ut prædam aliquam venetur, vtrumq; plenum est
turpitudinis. Quid enim alienius est ab humanitate,
quam sine legum, & communium officiorum reue-
rentia

257

rentia debacchari in alios? præsertim, in bonos, in bene meritos. Multo maior autem leuitas est talibus maledictis mendicare coenulas, vt parasiti faciunt in comœdijs, qui habere se dicta venalia palam profitentur. Horatius inquit.

Qui captat risus hominum, famamq; dicacis,
Fingere qui non visa potest.

Hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Talem esse Lemnium res ipsa loquitur, cum ediderit librum plurimis manifestis mendacijs refertum.

Errat autem si magnam ingenij laudem esse arbitrat, dici vanum, perfidiosum, scurram, parasiticam exercentem. Ipse viderit, vbi habiturus sit theatrum, quod talibus moribus delectatur, Nos in nostro

coetu ferre eum nequaquam volumus. Hæc

commemorata sunt, non solum, vt ex

ter sententia de relegatione Si

monis Lemnij, sed etiam vt

ceteri admoniti vehe-

mentius detesten-

tur periuri-

um & male-

dicentiam.

Die xvij. Iunij.

Anno. M. D. XXXVIII.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Anno M D CXXXVIII
Die xxij Junij



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.



153028

✓

AB: 153028

ULB Halle

3


003 486 044



86

[Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, possibly Gothic or Carolingian minuscule. The text is arranged in columns and includes several red initials and red horizontal lines.]





Farbkarte #13

B.I.G.

inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



VM
ONE
EM.

e. 1915

